



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Cogitationes, Sive Considerationes Christianae Pro singulis Anni diebus**

Complectens Januarium, Februarium, Martium

**Nepveu, François**

**Monachii, 1709**

Dies 5. De abusu gratiarum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60495](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60495)

Februarius. *malis ? an divinis ejus legibus te submittendo , an pœnis te subiiciendo , quibus eos excipit, qui leges ipsius violant.*

Notum fac mihi finem meum , ut sciam, quid desir mihi. *Psal, 38. v. 5. & 6.*

Aut facies, quod vult DEUS, aut patieris, quod non vis. *Aug.*

---

DIES V.

De abusu Gratiarum.

I.

**N**ihil magis necessarium est, quàm gratia, & nihil magis negligimus. Nihil ea pretiosius est, & nihil magis contemnimus. Minima gratia plus valet, quàm omnia bona, quàm omnes voluptates totius mundi: si hæc omnia conjunctim imponerentur uni parti bilancis, & alteri gratia, hæc illis præponderaret. Et tamen quotidie huic præferimus turpem voluptatem, lucrum vilissimum. Quàm horrendus contempus! Hæc omnem DEI sanguinem valet. Necessarium fuit, ut ad eam promerendam vitam suam expenderet. Quando igitur gratiâ abutimur, sanguinem Christi pedibus conculcamus. Quanta prophanatio! fructum mortis ipsius non tantum nobis inutilem, sed & funestum



stum reddimus, & efficacissimum nostræ salutis instrumentum in potissimam reprobationis nostræ causâ convertimus. Quanta Cæcitas! si vox sanguinis ipsius Christi me condemnat, quis justum me pronuntiabit?

II. Si arcanis hisce Conscientiæ nostræ exprobrationibus non movemur, si salutare ejus latratus compescimus si ad viva hæc lumina, quæ DEUS nobis impertit, oculos claudimus, & inspirationes, quæ nos urgēt, negligimus, cogitamusne, gratiæ nos esse rebelles, eamque aspernari, & injuria afficere? cogitamusne de malis, quæ sequuntur peccatum, quod admittimus, de periculis & miserijs, in quæ nos conijcimus! an hujusmodi cogitationes eò usque opprimemus dum nullum amplius malo remedium supererit? damnati in inferno gratiæ pretium intelligunt; ejus, quem admiscere, abusum æternum deplorabunt; eumque sarcire in omnem æternitatem, sed incassum optabunt. Abusus gratiæ in vita eos sceleris reos: sera verò hujus abusus pœnitentia, privatio, atque inane hujus gratiæ desiderium eos æternum reddent infelices. Si hoc cogitares, possēsne resistere salutaribus motibus, quos fortasse DEUS tibi nunc immittit?

III. Heu mihi! credebam Domine, nihil mihi formidandum præter peccata, quæ  
ad



Februarius, admisi, sed jam video, gratias, quas ac-  
 cepi, magis adhuc mihi formidandas, quam peccata mea: vel potius peccata mea  
 formidanda non esse, nisi ob gratias acceptas. Quas si non accepissem, omnino non essem nocens. & Si earum accepissem pauciores, pauciorum forem reus culparum. Tyro & sidoni, inquit Servator, remissus erit in iudicio, quam Bethsaida & Corozaim: Quæ non talia, qualia illæ, lumina & gratias habuere? miser ille Ethnicus erit iudex tuus, ignave & perfide Christiane. Una pars gratiarum, quas DEUS tibi impertijt, reddidisset eum Christianum, & fortasse sanctum, & te verum Christianum reddere non potuere? At quia te verum Christianum facere non valuere, infelicem te & reprobatum efficiant.

*Luce 10. 13.*

*cibus*

*Statue gratia fidelio rem te præbere; & si nunc ab ea urgeri te sentis, noli ei resistere, ne ea tibi in pœnam tuæ repugnantia subtrahatur.*

Exhortamur, ne in vanum gratiam DEI recipiatis. 2. Cor 6.

Non gratia DEI sola, nec ipse solus; sed gratia DEI cum illo. *Aug. lib, de gratia.*

DIES